



**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eiusdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

Præmivm Felicis Evangelii Quod Ad æmulationem Romanæ Pietatis DD.
FF. Willibaldo Et Wvnibaldo Eystadivm Solvit. Et Illust[rissi]mus ac
Reuerend[issi]mus Princeps Ac Dominvs, D. Ioannes Christophorvs, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)



PRÆMIUM FELICIS
EVANGELII

Quod

Ad æmulationem Romanæ Pie-
tatis DD. FF.

WILLIBALDO ET
WVNIBALDO EYSTA-
DIVM SOLVIT.

Et Illust.^{mus} ac Reuerend.^{mus}
PRINCEPS AC DOMI-
NVS, D. IOANNES CHRISTO-
PHORVS, EYSTETTENSIS EPI-
SCOPVS ABSOLVIT.

Carmine descriptum ad eundem Illust.^{num}
& Reuerend.^{num} PRINCEPES.

Ergone Virtutis pretium decrescere
nostra (Diuos?
Secla ferant? terrisq; ipsos vilescere
Ieiunos digitis tribus admetimur honores,
Et

Et quasi medico datur arida sportula caelo,
Ut ceteri asses prope maxima sint hecatōbes
Usq; adeo à veteris pietate recessimus aui,
Qua tota ad superos patrimonia misit, ut
inter

Heredes primi starent longo ordine Divi.
Heu miserū est ipso plus orbe senescere mores.
Quid non collecto decrevit Roma senatu
Polluci Gemino, & Gemino Pollucis, egenis
Et minima de Gente Diis, quos Graecula
Mater

Uno vix maturatos exclusit ab ovo?
Quando victrices Aquilas & Romula signa
Depulso securam metu colludere ventis,
Et late fusos felici Marte Latinos,
Dulce Evangelion, festis clamoribus, albis
Sublimes in equis, primi cecinere per urbem.
Et tantos habuit felix victoria testes: (horas
Quantillum tamen hoc fuerat? post quatuor
Lixa aliquis sparsisset idē, quē parva lucelle
Spes, & amor numi iussisset currere Romam,
Sed qua opera merces Geminis, qua lactibus
unctis

Et nigra fuerat prope compensata polenta?
*** Nempe

Nempe Aedem, & calidas extis fumantibus
Aras

Romano meruere Foro; chlamydat' uterq;
Flauam Casariam lato abscondente galero,
Latam prospectant oculis concordibus urbē;
Stat iuxta sonipes, habitus imitatus heriles
Cyllarus, & Domino famulatur utrique
vicissim.

Pollucem, & posthac inuitat Castora tergo:
Iuxta Nympharū protrusa fauoribus unda
Vicinam puris sparsit siphonibus aedem.
Et temerè aratos allambit flumine postes,
Sacrata hæc etiam est Geminis, & creditur
illas (re crinem.

Plaudere Castor aquas, & sparsum hic come-
Deniq; qd maius poterat dare pdiga magno
Roma tour: quisquis censu spectatus equestri,
Quadringenta domi pulchro numerabat a-
ceruo,

Succinctus trabeas, oleaq; ligante capillum
Castorib; ducebat equū, pulchrumq; putabat
Marmoreose equites triplici circū dare gyro.

Indignor si nil possum contendere Romæ,
Si vel ad annales præscos, librosq; Sibyllæ

Curren-

Currendum est, quoties virtutum exempla
petuntur:

Tu mihi tu veterē referes Germania Romā.

EYSTADIUM AVREATVM EYSTADIUM,

sive aurea Virtus,

Hoc tibi cognomen, sive aurea contulit atas,

Inter reliquias prisca pietatis, Et ista

Aurea vena tuo defossa latebat in aruo:

Vrbs felix, vrbs plena Deo, nutritia Divūm,

Cū reliquis ausura etiam contendere terris,

Si qua volet superūm cœliq; crepare fauores.

Nam velut Aegeo cum multa stet Insula

Ponto,

Qua tessellatū scribant emblemata per undas,

Illa Iovis cunis, natalibus illa Diana,

Hac Cereris curru, hac Bacchi celebrata

quadrigis,

Illa Dei crines, hac ostensura sepulchrum,

Una tamen reliquias nitido risura cachinno

Et tollens sublime caput, nō magna, sed omni

Altior invidia Rhodus incubat aurea Pōto,

Sole suo Et Solis nimium formosa Colosso;

Nam Phœbum ut reliquis furentur nubila

terris,

*** 2

Et

Et lateant nigris intexta tapetibus astra,
Fax aliquā tamē inueniet Titania rimam,
Ut radiū Rhodias impingere possit in arces,
Sed quo sola Rhodos furtim gauisa nitescat.
Sic urbs Eystadiū reliquo nō maxima cultu,
Cum sua cantabunt alie praconia terra,
Illa suos soles, sua sidera dicet, in omnes
Suffectura dies; nam si omnia lumina desint,
Quale iubar, quantum videt, ipso in PRAE-
SULE, solem? (urbe.
Hac ergo geminus petitur mihi Castor ab
Tu mihi tu magni soboles diuina RICHAR-

DI

Si nō abnutas WILLIBALDE vocabere Castor,
Sed Pollux WVNIBALDVS erit; nam quid-
quid in istis (meretur:
Nominibus pulchrum est, Virtus id vestra
Vos vel ab extremis, cursu meliore, Britānis,
Eystady quantis animis properastis in agrū!
Et non victrices Aquilas, fractosq; Latinos
Sed caelo partos, Agno ductore, Triumphos
Quale Euangelion, superi! cecinistis, Et omnē
Mouistis late festis clamoribus oram:
Quae cum inter latas sonuit Victoria valles,

Atq;

Atq; eadē aurita captarūt nuncia Quercus
Iamq; repercussū reuolauit ab arbore carmē.
Tum Dodoneum frustra quasita per agrum
Eystadiana loqui didicit oracula Quercus:
Ipse Almo oppositi costas rescindere walli,
Atq; omni solitus spumas allidere saxo,
Iras ad prima tenuissima murmura fama
Deposuit, veritus turbare sonantia cælum
Ora, & nunc placido similis defertur oliuo,
Et sine bile natat, reliquisq; modestior undis
Antiquos gaudet se correxisse furores.

Sed qd cātato Diui meruere Triumpho?
Quid dedit Eystadium magnis Praconibus?
urbem

Aspice, quāq; vides angusta assurgere mole
Pandis fornicib; celsis laquearibus, Aedem,
Hanc WILLIBALDVShabet; neque deest sua
gloria Fratri;

Sed veluti Romana ades sacrata Gemellis
Consuetum à solo deduxit Castore nomen,
Sic & fraterno cessit WVNEBALDVShonori,
Atq; eadē meritis, non vult meruisse videri:
Sic ubi connubio duo desponsata maritat
Flumina Neptunus, quanquam pro dote,
superba

3

Con-

Coniux immensum secum trahit agmen a-
quarum,

Et pulchrum tenuit natio in litore nomen,

Quādo tamē latus applicuit sociale marito,

Et corruatis unā voluuntur arenis,

Vnum est ambobus potiori à coniuge nomen.

Ne tamen & saliens felici vena fluente

Castoribusq; suus fons consecrandus abesset,

Ipsa etiam soror in fratru cōspirat honorem

Inter diuinas VVALPVRGA piissima Nym-

phas;

(cælo,

Hæc velut una omni dominetur Aquaria

O superi! quales per tot iam secula Nymbos

Sparsit in Eystadiū! it nullo moritura calore

Vena OLEI castis Domina nutrit a medullis:

Qualis enim Alpheum fugiens Aretusa se-

quentem,

(fluore

Sudans, vel lachrymans, vel utroq; aspersa

Distillans animā, & rorātibus undiq; venis

Delicuit tota in fontem, & iam cernitur am-

nis,

(phas;

Tota natat, nutritq; suas Dea roscida lym-

Sic & VVALPVRGIS, siue illam calicis ardor

Et LESV liquefecit amor, siue abditus ignis

Exco-

Excoxit, certe nunc immortalibus undis,
In fontem, fontisq; animam mutata scaturit.

Hoc unum deerat, quod nullus Equestris

Censor

(phi,

Agmina in augusti speciem simulata Trium-

Ad sacram, plaudete foro, deduceret Aedem:

Cetera in Eystadio licuisset cernere Romam:

Istud nempe tuis seruari debuit annis

(CHRISTOPHORE, ut reliqui fieret mantissa

decoris,

Virtutisq; tuae velut appendicula; sicut

Gemeus a torque aurato bene pēdet Elēchus,

Et clamydi ex lato crescit sua gloria clauo.

Nimirū Heroum, moderantur fata, labores,

Et sua stat series factis illustribus, ingens

Vis operis est, quo sese animus diuinior urget.

Non amat aut facilem, neq; curtam gloria

metam.

Bissenos pueri digitis numerare labores

Herculis assuerunt, sed enim qui rectius illos

Computat articulis, numeros nō inuenit, et si

Vexet, utramq; manum, namque & Tyrin-

thius autor

(res:

Ipse suos neget aut nequeat numerare labo-

Quan-

Quando parum est, quidquid potes uno e-
dicere flatu. (acervos,
Sic tibi post laudum cumulos P R A E S V L
Dotesq; & geminā facta exornantia Mitrā,
Hec quoq; cura fuit, veteres pducere mores,
Et canos euo, maiorum ostendere vultus,
Qui Wilibaldea quondam sedere cathedra,
Quos quia nō licuit pprio spectare Tablino,
Quantulacunq; huius proponūt atria libri:
Nā licet in te uno, quidquid virtutis auita
Splēdit Eystadij, viua sub imagine clausum
Aspiciāt plaudentū oculi, & mirētur in uno
Omnia, q̄ reliquis priua ornamenta fuerunt;
Explicuisse tamen faciem virtutis, & illam
Publicitus pleno spectandam offerre theatro,
Digna Heroë fuit, digna alto Principe cura.
Sic ubi Phaeas, ipso cum sole, quadrigas
Gymnosophista suā nudus spectavit arenā
Cum tamen educit nocturnum Phosphorus
agmen,
Et caelum ingreditur stellarū exercitus, ore
Aureus, & quidquid flammanti crine deco-
rum est,
Non dedignatur lucem spectare minorem.

Hac

*Hac ergo dilata diu est Transuectio, tales
Roma Equites nullo potuit producere
Circo:*

*Hos V Vilibalde tuo, fratrisq; ostentat ho-
nori, (Orbe,*

*CHRISTOPHORVS toto censor dignissimus
Qui vel Pōtificum mitras examine lustret,
Aut certè laudet; tali Pracone vel ipsi
Latentur superi, sicut spes publica Troia,
A patre laudato laudari gestiit Hector:
Quantum illos & Maestas censoria
vultus*

*Præful magne tui, sacroq; à corde resultans,
Et celi nutrita foco mouet aurea flamma,
Et qui iam pridem meruerunt sydera, tecū
Cōponi gaudēt, quin maior, & amplior ordo
Coguntur tibi collectam submittere frōtem:
Tu nēpe eminulus, tu toto vertice supra es,
Sic ubi Alexandrum, iam cana atate Phi-
lippus*

*Aspicit alterius sudantem indagine mundi,
Et patria frontem maiorem ferre corona,
I, dixit, maior rerum tibi panditur ordo.
Heredem tua te virtus, non patria dicet:*

*** Quare

Quere aliã, nostra malè te metiris in hasta:
Hac eadem, magno proavorũ turba nepoti
Dicet, & ut nata paruis ex fontibus unde
Maius nomen habent, & vincunt semina
spica,

Sic omni Proles maior dicere Parente.

Ecquis enim toties pro Religione trophæũ,
Extulit, & victo dominatus fortius Orco
est? (ronas?)

Et quis ab omnigena meruit tot fronde co-
Et pia quis plures eduxit ad arma mani-
plos?

Quin ne fortè tuis manus auxiliaria castris
Desoret ulla, nouam fessv de milite turbam
Expertam bello prima inter signa locastis
Ardetem, quocunq; opus est, decernere telo.
Uri & vinciri pro Iesu nomine promptam
Iamq; et si tutum securus transigit eum
Castor uterq; suo fruiturus uterq; triũpho,
Qua tamen Eystadio quondam cecinere
trophæa,

Parta tuis iterũ videant cũ surgere signis,
Cantabunt iterum, atque iterum Victoria
dicent.

FA-